1451

Maria dei gratia Regina Aragonum Sicilie citra et ultra ffarum Valentie Hierusalem
Hungarie Maioricarum Sardinie et Corsice Comitissa Barchinone ducissa Athenarum et
Neopatrie ac etiam Comitissa Rossilionis et Ceritanie locumtenens generalis Illustrissimi domini Regis
viri et domini nostri carissimi ffidelibus nostris Petro Domenech Raymundo Morell et Petro
Riera et cuilibet ipsorum Salutem et gratiam Cum Jurati et universitas Civitatis Gerunde
velint et intendant prosequi causam supplicationis in nostri audiencia pro eorum parte introductate
In causa que vertebatur inter vos et quemlibet vestrum ex una et dictos Juratos et universitatem
partibus ex altera causis et rationibus in processibus inde dictis contentis Ad supplicationem
dictorum Juratorum et universitatis vos et quemlibet vestrum contextu huiusmodi citamus vobisque
dicimus et mandamus expresse quatenus infra sex dies a die presentationis huiusmodi vobis fiende in
antea continue computandos per vos seu vestrum legitimum responsalem compareatis in
dicta nostra audiencia prosecuturi dictam supplicationis causam et omnes actus illius usque
ad sententiam diffinitivam inclusive Alioquin nisi compareveritis statuto termino ut est dictum
eo devoluto procedemus in dicta supplicationis causa ut juris fuerit et rationis vestri absentia
non obstante sed contumacia exhigente Datum Barchinone vicesima septima die
Madii Anno a nativitate domini Millesimo CCCC Quinquagesimo primo [illegible]

[illegible]

Vidit Jo. mir.

1451

R.l carta porque se comparesca en la causa que en grado de suplicación siguen los jurados contra algunos particulares

[illegible]

553